Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

BBEOS

et circumstans nos peccatum p pati
entiam curramus ad propositum no
bis certamen · aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem ihesum qui pro
posito sibi gaudio sustinuit crucem
confusione contempta · atq; in dexte
ra di sedis sedet · Recogitate enim eum
qui talem sustinuit a peccatoribus adver
sus semet ipsum contradictionem ut ne
fatigemini animis vestris deficientes · Non
dum enim usq; ad sanguinem restitisti
adversus peccatum repugnantes · et ob
liti estis consolationis quoniam vobis
tamquam filiis loquitur · Filii mei · Ne
glige disciplinam domini
neq; fatigeris dum ab eo argueris ·
Quem enim diligit dominus castigat · flagellat autem omnem filium quem
recipit · In disciplina perseverate tanquam
filiis vobis se offert deus · Quis enim
filius quem non corripit pater · Quod
si extra disciplinam estis · cui participes
facti estis · Omnes ergo adulteri et non filii estis · Deinde quidem
patres carnis nostre habuimus erudi
tores · et verebamur eos · Nonne
multomagis obtempabimus patri
spirituum et vivemus · Et illi quidem
in tempore paucorum dierum secun
dum voluntatem suam erudiebant
nos · Hic autem ad id quod iam utile
est in recipiendo sanctificationem eius
Omnis autem disciplina in presenti quidem
videtur non esse gaudium sed mero
Postea autem fructum pacatissimum exer
citatis per eam reddet iustitiae · Propter
quod remissas manus et soluta ge
nua erigite · et gressus vestros rectos
facite pedibus vestris · ut non claudi
cantur quis erret · magis autem sanetur
Pacem sequimini cum omnibus et sanc
timoniam sine qua nemo videbit
deum · considerantes ne quis desit gratie
di · ne qua radix amaritudinis sursum
germinans impediat · et per illam inqui
nentur multi · Ne quis fornicator ·
aut profanus ut esau · qui propter escam
unam vendidit primitiva sua · Sci
te enim quoniam et postea cupiens he
ditare benedictionem reprobatus est · non
enim invenit penitentie locum · quamquam
cum lacrimis inquisisset eam · Non
enim accessistis ad tractabilem et accen
sibilem ignem · et turbinem · et caligi
nem · et procellam · et tube sonum · et vo
cem verborum quam qui audierunt
excusaverunt se ne eis fieret verbum
Non enim portabant quod dicebatur
Et si bestia tetigerit montem lapi
dabitur · Et ita terribile erat quod
videbatur · Moyses dixit · Exterritus
sum et tremebundus · Sed accesistis
ad syon montem et civitatem
dei viventis · ierusalem celestem · et mul
torum milium angelorum ad frequen
tiam · et ecclesiam primitivorum · qui con
scripti sunt in celis · et iudicem omni
um deum · et spiritum iustorum perfec
torum · et testamenti novi mediatorem
ihesum · et sanguinis aspersionem melius
loquentem quam abel · Videte ne re
cusetis loquentem vobis · Si enim illi
non refugerunt recusantes eum qui
super terram loquebatur · multomagis